

Foeminæ natalium splendore,  
virtute & conjugio ad  
memoriam celebri, amore  
m...

*1 Ic 1679 Kexlera, Margareta*



FOEMINÆ

11

Natalium splendore, virtute & conjugio  
Ad memoriam celebri,  
Amore Mariti, liberorum curâ domusquë  
Nec non industriâ, quæ hujus sexus sanguinem commendat  
Ad Exemplum laudandæ,

MARGARETÆ SIMO-  
NIS FILIÆ KEXLERÆ,

Pastoris in Kimito  
Reverendi & Clarissimi Viri

M. ANDRÆ PRYSS

Thalami & fortunarum omnium conjugii et sociæ:

Quæ

In ipso mediæ ætatis flore

Annos nata septem & triginta

Ex hoc miseriarum & mortalitatis theatro

In caelestem patriam

In sedes beatorum

Inquë salvatoris sui contubernia

Anni cl<sup>o</sup> Dc LXXIX. decimo septimo calendarum Junij

piissimè transmigravit,

Atque corporis sui exuvias

Terræ matri & sepulchro suo

In Templo Aboënsium

Octavo calendarum Junij ejusdem anni,

Domus suæ luctu & lacrymis inferendas reliquit:

Hoc supremum officium scripto & symbolis tristibus

Amici & huic moestæ familiæ devinctissimi

L. Mq; dedere.

---

Excus. ab Hæred. Pet. Hanf. Ac. Typ.

1679

EPITAPHIUM

*Clarissima quondam femine,*

MARGARETÆ S. FILIÆ  
KEXLERÆ:



Ei mihi quem video subito raucescere  
questu  
Tudentem geminâ pectora mœ-  
sta manu,

Impexisque comis horrentem & vestibus artis,  
Rorantem Lachrymis infatiabilibus.

Te dulcis conjunx absentem deseruisse

Dicitur, ô Pastor, morte preempta bone.

Unde prius risum carpsisti cunctaque læta,

Illius extinctum cernere funus adest.

Non erat hâcce piâ non hâc præstantior arte

Fœmineum decorat quæ modo cunque genus.

Ergò illi æternum spiret ver, floreat æstas;

In cœlo capiat gaudia mille canens.

Nupta cui fuerat viridantis flore sub ævi

Latificet socium, ac pignora quinque Deus!

*Condolentis honoris & amoris causa po-  
situm ab*

E NEVALDO SVENONIO,

Q. G. A. S. S. Theol. Doct. Prof. Prim.

Ractore urbis, & h. t. Ractore Acad.

MAZZEBETH KEBYRATH-RACHEL (Gen.  
xxxv.  
20)  
Rarum hic, non raræ mortalitatis, exemplum.

*Beate quiescit:*

Omnigena, & matronali virtutum pulcritudine, decora,

MARGARETA S.<sup>is</sup> KEXLERI

Consummatissimi, dum vixit, in septentrione Mathematici,  
Filia unica.

Dilectissima hætenus conjunx,

V. R. & Cl. M. ANDRÆ P. R. O. S. S.

Hic,

Postquam xiv. annis, & tot molestiis quot olim Jacob,  
Non, ut ille, pro sponsa sua, sed sponsæ Christi Aboënsi,  
Sedulo ministrasset;

Ex providentia Dei, suis meritis, & bonorum desiderio,  
Ad Pastorale in Kimitho munus vocatus;

Quemadmodum Vir ille Sanctus,  
Olim in Beth-El,

Voti memor, monumentū erexit, libamina cumulavit, (ib. v. 14)

Antequam rediret in patris domum,

In peregrinitatis terra quietam: (v. 27.)

Nuper in domo Dei,

Valedicendo,

Vota gratus persolvit, & benedictionū voces pie profudit,

Dominica Jubilate, A. G. C. M DC LXXIX.

Prius-

Priusquam adiret novum officium,  
Levius labore, sed cura gravius priori.  
*Et mox lugubri casu, Jacobo factus simillimus.*

Brevi itineris & temporis intervallo,  
Cultum in Beth-El votivum, excepit mors Rachel.  
Quam xx. annis amavit, & xiv. circiter, habuit uxorem Jacob,  
Post valedictorium sermonem Aboënsis,  
Uno saltem die interjecto,

Marito valedixit, xiv. prope annorum uxor charissima,  
Et adhuc uno saltem interposito die, suis & mundo valedixit.

Quæris ubi *Ben-Jamin*? De *Ben-Oni* testatur mors.  
Sed antea plurimum, quam Rachel, mater erat liberorum.

Mors antevertit,  
Ne Rachel ingrederetur paternam mariti domum.  
Morte maturante, præventa MARGARETA KEXLERI F.

Ne cum marito, viva egrederetur paterna sua domo,  
Finiuit placide vitam, ubi illam feliciter accepit,  
Et cum laude transegit.

Non mutavit in terris domicilium, ne mutaret amicos.

Cum piis Saræ filiabus, in sinum Abrahæ,  
In domum Patris cœlestis

Festinabat egrediens anima.

Parvum corpus suum, ultimo officio nostro tradidit:  
Id in die *Illæ*, gloria magnum possidebit.

*Matrimonium, quod primum Aboæ iniri vidit,  
sic solutum deplorat*

JO. GEZELIUS. J. FIL.

INSCRIPTIO TUMULI.



Ondita que tristi jacet hoc matrona sepulcro;  
Ecce fuit docti sanguine nata patris.  
Mox MARGARETHÆ in baptismo nomen adeptas  
Visa fuit claris dignior ipsa precis.  
ANDREÆ nupsit claro post casta Magistro  
Pryß; quem grex Christi laudat amatque virum.  
Bis septem unanimis cum conjugè vixerat annos;  
Candidus amborum lite carebat amor.  
Illa pudicitia famam servavit honestam.  
Quâ laudata nihil femina majus habet.  
Semper adoravit sincero pectore Christum;  
In gremio vitam mortua cujus agit.

In piam recordationem feminae undiquaq;  
desideratissimæ, hoc reliquit ἐξάστρου  
affectu quam calamo tristior  
JACOB. FLACHSENIUS,  
Metaph. & Log Prof. Ord.

*In obitum prematurum sed pium & placidum*  
Reverend. & Cl. M. ANDREÆ PRYß / Pastoris in Rymito,  
desideratissimæ Conjugis

MARGARETÆ KEXLERÆ:



Felix O nimum felix, KEXLERA, salutis  
Quæ repetis summi splendida regna Dei,  
Illecebras mundi, belli tristesque tumultus  
Ærumnas stolidi & despicias orbis ovans.  
Non tibi tot miseræ subeunda pericula vitæ,  
Nec rabidi Martis signa virosque times,  
His erepta malis sanctorum sorte triumphas,  
Quam tibi promeruit Christus & ipsa fides.  
Ergo Vale, KEXLERA vale te sponte sequemur  
Dum nos fata vocant. Ipsa præito, Vale!

*Ultimi officii ergo mæsta manu & pluribus  
impeditus subito scripsit*

JOH. FLACHSENIUS,  
Math. Prof. Ord.

Reverende atq; Clarissime Dn. Magister, Pastor in Rinnito  
meritissime, amice singularis.

**A**fflixit nuper familiam tuam Clariss. Mag: inopinatus ex  
hac mortalitate discessus, suavissima ac honestissima conjugis  
tua MARGARETÆ KEXLERÆ tristi certè casu,  
quem imminere quidem, cum homo esset, semper videras, quam  
prope autem distaret, praevidere nequiveras; sed quoniam cum hac  
fragilitate ita comparatum est, ut nihil in ea perenne sit, paucissima  
autem diuturna dici possunt, noles desiderium ejus vel longum apud  
te esse, et immodicum, irritum namque judico: hoc tantum cogita,  
vitam hanc, sive honestam sive turpem, peraque ab Apostolo mor-  
tem appellari; ejus itaque anima, cum quo properavit Deus ex hac  
lachrymarum valle, imprimis ipsi placuit; mitiga igitur dolorem  
tuum Clariss. Mag. nam pia tua conjunx, piè mortalitatem hanc in  
perennem vitam mutavit, & nobis transitum per jordanem in veram  
terram Canaan monstravit: Deum deniq; veneror velit T. Clarit: S:  
suo spiritu solari, tibi totique T. Clarit: familia ex alto in peren-  
nem prosperitatem benedicere, Vale.

Ut cupit, qui hoc cordolij ergo, licet oc-  
cupatus, scripsit

SAMUEL Gyllenstålpe.

**D**u som then blijda Sool medh sina klara Strålar/  
Oprunnen är/ och på Gudz högga Himmel prälar/  
Då frögda sigh all Ting/ då grönskas Marken all  
Trån bära Löff och Frucht/ då höres Frögde. Skall  
Aff liufligh Fogle Sång/ vthi the gröna Dalar.  
Den ena Makan wist den andra då hugswalar/  
Ja all infortadh Diur the para sigh och då  
Allt glädz och frögdar sigh/ det som Liff hafwa må:  
Men

Men när som hon igen sitt Ansichte bortgömmet  
Och nedergången är/ sin Frögd då allt förglömmet/  
Då tyknar Fogle: Sång/ då kommer Mörkret på/  
Då gömma sig all Diur/ allt är och kulet då/  
Man seer om Morgonstund hur såsom en Soolblomma  
Hon breder vth sin Bladh/ när Solen mot vpkomma  
Och hela Dagen seen alt effter Solen blijdh  
Hon stadigt wänder sig/ men när som hon går vjdh  
Då gömmer hon sin Bladh och drager dem tillsammans  
Som wore sorgse hon och hade mist sin gamman  
Som Solens klara Skeen det henne Gläd. för  
Så/ när hon henne mist det henne sorgse gör.  
Vthi ett ähta Huus man wäl må Hustrun falla  
En klar och liufligh Sool / in Sorg och Pustier alla/  
Fördrifwer hon/ och gör sin Makas Hierta glatt  
En nånsin finnas kan/ så dyr och kostbar Skatt/  
Iagh talar här om den som är en dygdig Maka  
Som medh Förnuftigheet all Sorg drifwer tillbaka  
Ifrån sin kära Man / för honom i hans Huus  
Hon jw wist wara må ett klart och liufligt Ljus.  
Men när som denne Sool borttags och gömmes neder  
Då är och Glädien all och Sorgen tager weder  
Då höres Suct och Pust/ då höres Klage: Låat  
Borta är Mansens Frögd och i des ställe Gråat  
Mannen då klaga måst / borta är Hustrun kära  
Som honom sågnat har / Barnen jämpf klaga lära/  
Hwar är wår kära Moor som för oss Omförg drog/  
Och lagade at alt i Huset wäl tilstogh?  
En sådan liufligh Sool är också nedergången  
I detta wärda Huus/ fördenstul finnes mången  
Som detta swåra Fall betlagar högellig/  
Men doch måst Makan får som förer bitterligh/  
En

In han nu hafwer mist en from och trogen Maka/  
Som all Gilt ha ospard och Möda en försaka  
At wåpa skul hans Huus förötas och hans bo  
War stilla och der hoos bewistten allan Troo/  
Doch förrier måtteligh/ för denna vsla Lefnadh  
Som här i Werlden är/ har hon en bättre Trefnadh  
Omwärlad är des Sorg i ewigwarand Frögd/  
Och niuter Glädie nogh hoos Gudh i Himmels Högd.

Den dygderrike Sal. Marrona til sidssta doch  
skyldigh Ahretienst i Hast skrifwit  
af

E. FALANDRO.

**M**enniskio Barn/ som snårde i Garn här wistas  
i Wårlden/  
Witi vthi Lust aff flagligo Pust blij swårliga tårde:  
Når man af Hopp har glädie i Kropp sampt springer och  
dangar/  
Singer en in/ som stormåde wisi/ den frögdena skangar/  
Glädie i Gråår och Lust i Olåår bedröfliga wänder/  
Glädien är all med klingåde skall/ för'n frögden of hånder!  
Detta/ ty wår/ en wrdiger Herr' haar noga besunnit/  
Hwilkom i hast hans Hierta de' brast af dödene wunnit.  
Döden ha' deelt/ det förra war heelt/ halfdelen oc afbråckt/  
Sargat är han förlamade Man/ godt Strcke är afstæckt:  
Wäst han ha tånck och tånckarna länkt at roliga leswa/  
Stray vthi Boo begynnes Droo at sorgliga swåfwa!  
Så vthi werld of hånder ofård: man måste ju fångslas?  
Detta är alt af Gudh befalt: hwem wille tå ångslas?  
Tröste nu Gud hås sorgliga mod/ hwarshierta nu qwidder  
Hugnel' Tröst inskåncke i Bröst/ som håffliga swyder!

OLAUS LAURÆUS, O-Bohn.